



## **Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

§. I. Quid sit sequestatio, sive sequestrum, & quotuplex, & quæ res  
sequestrari possint?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](#)

possit, cum subrogatam assumat naturam  
& conditionem ejus, cui subrogatur.

## §. III.

*Quomodo nihil innovandum sit  
lite pendente in causis beneficialibus?*

**I**N causa, quo duo in discordia electi  
præsentati, postulati, &c. ad eandem  
Prælaturam inter se apud Iudicem com-  
petentem litigant, & unus ex illis, pen-  
dente lite, moriatur v. g. aut juri suo re-  
nuntiet, & à persecutione cause cesseret,  
non potest ad aliam electionem, lite cir-  
ca alterum pendente, procedi, ita ut  
nova electio attentata sit ipso jure irrita,  
*c. Diffendiis 1. b. t. in 6.* (Nisi notoriè  
confer, item tam in fraudem novæ  
electionis motu fasce, & neutri litig-  
antium ius aliquid competere.) Sta-  
tuente hoc Bonifacio octavo contra jus  
antiquum in *c. Ex parte 10. De arbitris.*  
ne superfici litiganti jus suum admatur,  
non examinata causa, & ut scaturit, cui-  
nam pro illa vice jus eligendi competit.  
Pari modo, si lis alicui super beneficio  
jam obtento moveatur, non debet alteri

fieri collatio hujus beneficii, super quo  
lis mota est, etiamsi lite pendente ille  
moriatur, donec contra superficiem,  
qui item movit, fuerit haec finita, pro-  
ut statut Pontifex in *c. Si ij. 2. h. t. in h.*  
Quid si vero duo de beneficio litigant  
in Curia moriantur, collatio talis be-  
neficii ad Papam pertinet, & ad Ordini-  
arium, si uterque extra Curiam moriatur  
nisi non tam ad illos, quam ad tercium  
aliquem jus beneficij talis pertineret. Si  
autem unus in Curia moriatur, & alius  
extra Curiam, ille vero, qui in Curiam  
ritur, beneficium possederit, ad Papam  
iterum periret collatio, ad Ordinarium  
autem, si ille possedit beneficium, quod  
extra Curiam moritur, si vero neque  
possidebat, uterque tamen mortuus est,  
unus in Curia, alter extra, collatio per-  
nit ad Pontificem, si superfit tam  
unus litigantium, & item prosequatur  
non conferunt beneficium, dum lis per-  
der, confertur tamen a Papa, vel Ordi-  
nario, prout litis decisio, vel pro defini-  
to in Curia, vel pro alio facta fuit, a  
statuente *Clement.* Si duobus 1. b. t.

## TITULVS XVII.

DE SEQVESTRATIONE POSSESSIONVM  
ET FRUCTUUM.

## §. I.

*Quid sit sequestratio, sive seque-  
strum, & quoniamplex, & quare se-  
questrari possint?*

**S**equestrum est rei controversæ, vel  
fructum ejus apud quandam ter-

tium, & inter litigantes medium, qui lo-  
querter dicitur, facta depositio, ut illa  
finis ei, qui vicerit in causa, restituatur.  
Sunt quidem, qui volunt possessionem  
transferri in Sequestrem, si judicis audie-  
ritate, invito etiam possidente, res seque-  
stretrur; contrarium tamen est probabile

lius, quod scilicet possessio in sequestrem non transeat, quamvis communii partium consensu res sequestretur, si non de ipsa possessione, sed de proprietate tantum lis moveatur, & exprelse hoc a cum non sit, ut possessio sit penes sequestrem, cum presumi non debeat, possessionis comodis privare se velle aliquem, nisi specialis causa cogat. Duplex autem est sequestrum, voluntarium aliud, seu conventionale, quod fit communii utriusque partis litigantis consensu, & necessarium alterum, sive judiciale, quod fit auctoritate sive mandato iudicis, & quidem vel motu proprio, & ex officio, vel ad instantiam unius partis litigantis, altera contradicente. Possunt autem sequestrari res corporales, & incorporales, sive jura, res mobiles, & immobiles, res profane, & spirituales. Et fieri potest sequestatio talis tam in iudicio, quam extra iudicium, &c.

## §. II.

An, & quibus casibus sit licet a sequestratio, & quibus casibus sit prohibita?

**S**equestratio voluntaria, qua sit ex consensu partium, regulariter non est prohibita, sed permitta, & approbata a iure, quia est species quendam depositi, & consequenter legitimus contractus. Necessaria tamen sequestratio, qua sit auctoritate, iudicis, & parte invitata, regulariter utroque iure tam Civili, quam Canonico prohibita est, quia non oportet iudicium ab executione inchoare, & possessor pendente iudicio possessionis suae comodis privandus non est. Sunt tamen plures casus, in quibus sequestra-

Firking. Compend.

tio necessaria locum habet, & primò quidem, si actor fructus rei, in cuius possessionem custodia causâ ex primo decreto missus est, pro arbitrio suo distrahat, & dissipet, sequestrari hi possunt, c. Dilectus 2. b. t. ne scilicet horum fructuum, quorum ipsis custodia tantum concessa est, restitutio, si facienda sit, reddatur impossibilis. Secundò, quando periculum aut timor subest, ne res, de qua controversia est, pendente lite abluatur, aut pereat, sequestrari ea potest (ne iudicium reddatur illusorium) nisi per sufficientem cautionem, praetertim circa res mobiles satis caveri possit. Tertiò si appetat reus à sententia possessionem illi abjudicante, fructus tamen interea, dum pendet appellatio, dissipet, possunt in tali casu fructus illi sequestrari, c. Ab eo. 3. b. t. (ad restitutionem scilicet victori faciendam facilitandam) vel si contra executorem latet sententia, qua etiam in rem iudicatam jam transiit, appeleret, quo in casu statim sequestratio fieri potest, si res mobilis sit, vel fructuum factum, si res sit immobilis, etiam si fructus non dissipentur, quia presumptio in tali casu est malitiola appellationis, ad impedirem executionem interpositæ. Quartò, sequestratio fieri potest, si periculum sit, ne litigantes ad arma deveniant, & vi possessionem occupare velint, neque enim permittere iudebet, ut quæ iudicio componenda sunt, armis decendantur. Quintò, sequestrati fructus possunt, si quis officio suo, propter quod fructus percipit, non satisficiat, & de hoc monitus fuit. Sextò, sequestrari dos potest, si maritus vergat ad inopiam, & periculum sit, ne detem di-

Pp lapidet